



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXIX. Hermann von Wulkow bekundet, nach genauer Untersuchung im Auftrage Johannis von Buch ermittelt zu haben, daß eine zwischen Kaltwasser, Jacobsdorf und Berkenbrück gelegene Wiese dem Kloster ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

pertiri. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus per privilegia uel alias indulgentias uobis et monasterio uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, uobis et per nos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Auinion, Id. Aprilis, Pontificatus nostri Anno secundo.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

LXIX. Hermann von Wulkow bekundet, nach genauer Untersuchung im Auftrage Johanns von Buch ermittelt zu haben, daß eine zwischen Kaltwasser, Jacobsdorf und Berkenbrück gelegene Wiese dem Kloster Chorin gehöre, am 15. September 1336.

Dignum censetur, ut quorum veritas etc. — Hinc est, quod nos Hermannus, dictus de Wolkou, miles, dissensiones et controuersias cupientes resecare dubia elucidare et omnia distracta in unitatem equitatis et iustitie reformare, Vniuersis quorum interest aut quibus nosse fuerit oportu- num presentibus declaramus, Quod ex commissione viri industrii et famosi uidelicet domini Johannis de Buch sollerti indagine inquirentes ab antiquis terre incolis inuenimus et luce clarius docti sumus, quod pratum adiacens hüs stagnis uidelicet Kaltwater, Jacobstorp et Berkenbrücke iusto proprietatis tytulo ad ecclesiam Dominorum de Choryn, Cyster. Ord., legitime pertinere. Datum Gyrswalde, anno domini M^o. CCC^o. XXXVI^o., in Octaua natiuitatis virginis gloriose.

Nach Gercken's Cod. II, 476. 477.

LXX. Die Gebrüder Conrad und Heinrich von Oderberg überlassen dem Kloster Chorin das halbe Dorf Serwest für das Dorf Pinnow, am 17. August 1338.

Cum mundi actiones successu temporis deleantur, expedit, ut, que in tempore geruntur, firmo litterarum karactere roborentur. Hinc est, quod nos Conradus et Henricus, fratres, dicti de Oderberge, matura deliberatione premissa, de consensu heredum nostrorum omnium, quorum consensus de jure vel de facto fuerat requirendus, dimidiam ville partem in Zerwyz permutationis modo libere dimisimus ac presentibus dimittimus venerabilibus Dominis ecclesie in Choryn pro villa dicta Pinnou cum agris, pratis, pascuis, stagnis, siluis aliisque fructibus ac utilitatibus vniuersis, secundum quod nos hereditario noscitur possedisse jure et valore, promittentes bona fide, Nos prefatos Dominos et ecclesiam ipsorum supra quacunque questione vel impetitione, si qua quod absit, in posterum orta fuerit defendere et indemnes conseruare fideliter warandando bonis in eis-